

Mansus Mathowski cum omnibus
oneribus et contributionibus liber per
privilegium Proleslai Ducis Masoviae

60

In nomine Domini Amen. Ad memo-
riam rei sempiternam. Proleslaus Dei
gratia dux Masoviae et Russiae terrarum
nec non Varsaviensis Vischegradensis
Lakoumensis, Czachowicensis, Doming
et heres Cinnensis s. Significamus
tenore presentium tam presentibus
quam futuris horum notitiam ha-
bitariis, quibus expedit generaliter
universis. Quod animadvertentes Pro-
na et fideia servitia nobis per pro-
vidum Gabrielem alias Malek civem
Varschoviensem exhibita et impensa
horum intuitu cupientes ipsum Ga-
briem eiusque posteros legitimos
et immutatis benignitate gratia spe-
ciali visitare mansum ipsius men-
sure Chubmensis ante Varschoviam

inter mansos eiusdem civitatis Varsaviensis
situatam, alias per procuratorem
Andream dictum Grabski civem Var-
saviensem tentum et possessum
ab omnibus et singulis vestris cen-
sibus pecuniarum, avene dationis
et aliis solutionibus, exactionibus
contributionibus, angariisque et pro-
curatoribus, generaliter universis, qui-
buscumque nominibus nuncupent
de talibus mansis solvi et fieri
consuetis, recepta tamen ab eodem
Gabriete certa pecuniarum summa
absolvimus, libertatimus et liber-
tamus et absolvimus harum se-
rie mediante perpetua et in du-
rum. Quare sit licitum pro nominato Ga-
brieli ipsiusque posteris et suc-
cessoribus legitimis prefatum mansu-
cum prescriptis iuribus et libertati-
bus ac omnibus et singulis utili-
tatibus, fructibus, redditibus, proven-
tibus, censibus, emolumentis, et obven-

et obventionibus generaliter univer-
 sis, quibuscumque nominibus nuncu-
 pentur ad presens in eodem manso
 existentibus et accrescendis quomo-
 dolibet in futurum tenere, habere,
 regere, gubernare, quiete et pacifi-
 ce perpetuisque temporibus possi-
 dere, nec non vendere, commutare,
 alienare, donare, obligare, et ad usus
 suos beneplacitos convertere, prout
 sibi et suis legitimis successoribus
 melius et utilius videbitur expedire,
 nostratamen et nostrorum successo-
 rum voluntate, more solito princi-
 paliter requisita in premissis. In
 cuius rei testimonium sigillum
 nostrum manus decerta nostra sci-
 entia presentibus est appensum.
 Actum et datum in Favrosynfe-
 ria quarta in vigilia Sancti Jacobi
 Apostoli Gloriosi, anno Domini mil-
 lesimo quadringentesimo quadragesi-
 mo octavo, presentibus strenuis et

et nobilibus Andrea de Przewodowo
castellano Lubociniensi, Vincentio
marschalo, Andrea de Koszianczy
ce Vicethesaurario nostris, et Nicolao
Mnich de Wyszniowu aliisque quā
plurimis nostris fidelibus fide dignis
testibus circa premissa. Scriptum
per manus Stephani, Nicolai de
Mnishevo prepositi Varschorien
canonici Plocensis ecclesiarum,
et curie nostrae cancellarii, qui pro
sentia habuit in commissis.

Ta kopia przepisana z oryginału
paryżaninowego roku Pańskiego, ty
siętego siedemsetnego osiemdzie
siętego piętego dnia dwudzieste
go dziewiętego miesiąca Paździer
nika, przy którym znajduje się
na sznurku z woskowego koloru zrolio
nym znak od pieczęci zepęty.